

Gregorius IX. Provinciali Polonia,
ne Catholica Rutenis nubant.

Gregorius Ep̄pus, servus servorum Dei
Dilecte Filio Priori Provinciali Po-
lonia Ordinis Prædicatorum, salutem
et Ap̄cam benedictionem.

Quæque nobis erronea displicent, sed turbant
nimium, quo verunt in Fidei detrimentum. Ac-
cipimus siquidem, quod Rutenorum peridia
non contenta, si sola damnationis æternæ te-
nebris immergatur, sed cupida, quod partici-
pes perditionis sue Christianos efficiat, qui
sunt in eorum vicinia constituti, mulieres Ca-
tholicas, quas sibi aliquando copulant in ux-
ores, in contemptum Fidei Christianæ super ni-
tum ipsorum denuo baptizari faciunt, et eo-
rum errores damnabiles observare. Verum, quia
nec pati volumus, nec debemus, quod fideles
peridie matrimoniali copula coniungantur, eo
quod lucis ad tenebras conventio non existat,
nec deceat, membra Salvatoris Christi Sa-
tana membris periditi sociari, aut picem cum
balsamo commisceri; presentibus mandamus,
quatenus, ne in partibus illis huiusmodi de-
testanda matrimonia contrahantur, auctoritate
nostra firmiter inhibentes, illa deinceps fi-
eri, nullatenus permittatis, contradictores et re-
belles appellatione postposita compescendo, quod
si non omnes his exequendis potueritis interesse
tu Fr Provincialis ea nihilominus exequaris
Datum Anagnina 6 Kal. Martij P̄fatus Nri An̄o
sexto

Faint header text at the top of the page, possibly a page number or title.

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint footer text at the bottom of the page, possibly a date or signature.